ECLOGA AD MARIAM JULIAM BONAPARTEM SERENISSIMAM AC...

ECLOGA

AD

MARIAM JULIAM BONAPARTEM

SERENISSIMAM AC POTENTISSIMAM

HISPANIARUM, INDIARUMQUE

REGINAM CATHOLICAM

PIAM, FELICEM, AUGUSTAM

ROMÆ

Ex Typographia Aloysii Perego Salvioni

ANNO MDCCCIX MENSE MAJO.

SERENISSIMÆ AC POTENTISSIMÆ

MARIÆ JULIÆ BONAPARTE

HISPANIARUM, INDIARUMQUE

REGINÆ CATHOLICÆ

P I Æ, F E L I C I, A U G U S T Æ

NICOLAUS CORONA SORANUS, JURISCONSULTUS

F E L I C I T A T E M.

Nulla est, Augustissima, Ornatissimaque Regina, mortalibus omnibus magis recolenda, ac votis sacrificiisque magis celebranda dies, quam dies Natalis Magnorum præclaris-

simorumque Principum, & Magnarum praeclarissimarumque Heroinarum; a quo non solum bonum omen, bonumque augurium nobis portendi solet; verum etiam & temporum felicitas, & hilaritas seculi nobis aperte speranda. Fuit hic ab antiquis Graecorum, Romanorumque temporibus mos adprime laudabilis usitatus, ut die, quo Viri Principes, & Mulieres Illustres ortae fuerant, solemnia pro eorumdem vitae diuturnitate & imperii incolumitate vota Diis sacrarentur, indicerentur supplicationes; immo etiam festa colerentur, & publici ederentur ludi. Notum exinde est iis, qui Majorum usus, & consuetudines recolent, quod ad pompas has, solemnitatesque Natalitias agendas, & ad eorumdem hominum celeberrimorum, celeberrimarumque mulierum no-

men cohonestandum procuratio ad Primates Populi, ad Senatum, vel ad Rerumpublicarum Moderatores pertineret; vota autem, & carmina quæ vota publica depromerent, civium privatorum illis addictorum genio, arbitrioque relinquerentur. Hinc ego FAMÆ, NOMINIQUE TUO præclarissimo jamdiu devotus, vota mea, & Populi adnuentis TIBI, AUGUSTISSIMA, PIISSIMAQUE REGINA, pro felici TUO NATALI DIE, & INCOLUMITATE TUA, privatus nuncupo, ut meæ erga TE veteris devotionis signum aliquod, & testimonium præbeam, & ut magis magisque eniteant priscæ illæ tuæ eximiæ virtutes, Beneficentia nimirum, & Humanitas, quas semper TECUM circumgestas in sinu, quas optime foves, quasque TIBI in amore, & in deliciis esse jamdudum inspexi.

Quis enim spectatam tuam Pietatem, invictamque Fortitudinem, & incensum erga veram Religionem studium meritis non extollat laudibus? Silentio hic præteream miram tuam illam propensionem in pulchris & optimis artibus, quas valde amas, quas egregie calles, & quas etiam impense protegis. Jam TE nobile Reginarum, Augustarumque Matrum exemplar, jam insignium Heroinarum lumen, & Mulierum Illustrium splendorem maximum omnis ordo, omnisque Europa demiratur. Candidissimi enim, atque Christianissimi in TE ita mores elucent, itaque TUAM exornant CELSITUDINEM, ut ipsam Modestiam, Verecundiamque ipsam vicisse videaris. Jure igitur TE unam invictam, & exemplar unicum esse, a qua ipsius Modestiæ, Verecundiæ-

que conditio , & indoles est fere amplissime devicta, omnes unanimi voce , & consensu adpellant . Ego vero pro tua veteri erga me Benevolentia, ignorare minime possum , Domum tuam semper fuisse Templum sanctitatis & pudoris , Aram pauperum, Perfugium bonorum , Præsidium innocentium , & Portum adversa fortuna , & difficili tempore laborantibus semper apertum , atque tutissimum ; nec non & gratiarum ingenuarum, elegantiarumque ac venustarum Sedem fuisse amplissimam . Quamobrem ad me, tenuem licet, minusque dignum Majestatis tuæ laudatorem , tantarum ac tam augustarum virtutum sincerum præconium pertinere arbitror, qui easdem sum sæpe admiratus, & vehementi cultu, ac veneratione prose-

quutus; & quamvis sint eæ omnibus, qui TE adeunt, mirum in modum notæ, & in sublimi, Augustoque Hispaniarum, Indiarumque Throno, tamquam in speculo præfulgentes, sint etiam omnibus exemplo, & admirationi tot populorum maxime propositæ; easdem tamen audeam hoc humili carmine commendare, ut iis etiam, qui Latium, Etruscumque sermonem callent, effulgeant, & ad extremos Mundi sinus, remotissimasque oras propagentur. Qua de re TE, CLEMENTISSIMA REGINA, enixe precor, ut hæc, quæ pro NATALI TUO DIE, Divæ Juliæ, Patronæ tuæ, sacro, proque GLORIA TUA divulganda, ac pro TUÆ VITÆ INCOLUMITATE protelanda, vota suscipio, ea Benignitate, ac Indulgentia, qua TE plurimum pollere jamdiu perspexi, excipias.

Vale, Piissima, Felicissimaque Regina; & vive diutissime Tibi, Tuis, & Imperio.

ECLOGA

„ Sicelides Musæ paullo majora canamus : „
Non omnes demissa juvant violaria pratis,
Nec curvæ circum radentes litora cymbæ;
Sed juvat in campis altas plantare cupressus,
Navibus & magnis altum dare vela per æquor.
Aurea Cumaeæ libris prædicta Sibyllæ
Jam ætas venit, jam Terras Astraea revisit.
Natali, Regina, tuo, quo sidera cœli
Viderunt Te lætam oculos aperire nitentes,
Aetas, hîc remorata diu, jam ferrea primum
Desinit, ac toto fulget lux aurea Mundo;
Incipiunt nobis magni procedere menses;
Incipit ordo novus, lætissimus incipit annus:
Jam redit & pietas, redeunt Saturnia Terris
Secla tuis, redeunt Charites cum Fide Sorores:
Omnia tuta videt Tellus; Regna omnia tuta
Phœbus ab ætherea prospectat lætior æde.
Felix illa dies, cunctis jam civibus alma,

Quæ tibi vitales quum primum traderet auras,
Tradidit egregias maturo in pectore dotes,
Tradidit & sanctos, cœlestia munera, mores,
Queis veteres Latias, Grajásque Heroidas æquas,
Sit felix faustusque dies, quo vivida Terris
Affulsit, risitque novo jam tempore Pallas,
Et Jovis imperio fulsit Pax inclyta Mundo;
Nam TUA PROGENIES, per quam Gens aurea surget,
Tunc fuit e Cœlo Terris promissa benigno,
Quæ placidum magnis regeret virtutibus Orbem.
TE DUCE, si qua manent nostræ vestigia fraudis,
Nostras perpetua solvent formidine Terras.
Mollia securæ deducent otia Gentes;
Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibunt,
Mellaque de viridi stillabunt roscida quercu;
Sponte sua sine rastro altrix feret omnia Tellus,
Pomaque jam passim, jam mollia fraga legemus;
Turgida in apricis pendebit sentibus uva,
Et variis rigui redolebunt floribus horti;
Ver erit æternum, zephyrique tepentibus auris
Arboribus fructus alent sine semine natis,
Maturasque ferent fruges sine vomere campi.
O FELIX SOBOLES, Divis demissa Supernis,
Vive diu, multosque TIBI jam vive beata,
Ut valeas in pace beatam condere gentem.
Aurea concordes ducant TIBI stamina Parcæ,
Et mites stabili fatorum numine ducant.
TE quippe INCOLUMI, & læto TE sidere NATA,
Cœlicolæ, civesque simul miscentur in unum;

Terraque jam rursum Superis habitata videtur.
Jam nullæ clades; nullas jam Jupiter iras
Concipit in plebem, nullas jam fulminat arces;
Jam cunctis magnum Populis patefecit Olympum.
En sine teste Fides placida percurrit in Urbe;
En Themis austero colitur sine judice tuta;
En dives pariter latis Opulentia campis
Ambulat exuberans, en pleno it Copia cornu.
Vivent ex æquo Cives; jam litibus orba
Curia claudetur; jám nullo limite secta
Pabula præbebunt cunctis animantibus arva.
O DECUS, O PIETAS, o nostri GLORIA secli,
JULIA! jam cœptis fer opem mitissima rebus,
Et nostris jam nunc votis assuesce vocari.
Adsis o, facilisque juves! nos respice ab alto
Quo resides, Solio; nam NUMINA sola colemus
Nos TUA, nostrorumque Patrum de more colemus.
TU facis, ut pingui flavescat campus arista,
Et facis apricis tumeant in collibus uvæ.
TU sidus nautis, miseris TU Numen amicum;
TU Iris, & Hispanis magnum decus addita Terris.
O felix iterum lætis Hispania fatis!
Tu DOMINAM renovata foves, quæ moribus omnes
Nobilitat cives, & secla tibi aurea condit.
O FELIX SOBOLES, populis jam nata regendis,
Auguriis lætis, & læto jam omine nata.
Nos TE regnantem Soliis imitabimur altis,
Nosquē tuos mores, tua nos exempla sequuti
Liberius sine lege Fidem, rectumque colemus.

Jam cives Heroës erunt, & gesta sequentur
Heroum, inque vicem cuncti sua facta stupebunt.
Vultus ubi tuus affulget, jam mollia veris
Prata vigent, diffundit ridens lumina Phoebus,
Gratior it cum Sole dies, it gratior annus;
Mulcet aquas Rector pelagi, maris ira residit,
Lætaque delphinis vehitur super æquora Tethys,
Et tumidos etiam contemnet navita ventos.
Pœna metusque aberunt, aberunt jam bella nefandis
Excita seminibus, fraudesque dolique peribunt.
Occidet & serpens, tristisque cicuta per agros
Occidet, & nostris nascentur balsama campis,
Lurida nec fallent herbas aconita legentes.
Amplius haud pavidis lupus insidiabitur agnis,
Sed mitis medios inter spatiabitur istos.
Tutus quisque diem patulis in collibus almum
Condit, & aëreas vitem producit ad ulmos;
Hinc remeat sero tuta ad magalia lætus
Arva docens resonare Tuum per florida nomen,
Castaque nec cessat gratus Tibi solvere vota,
Præsentemque Deam mensis adhibere secundis.
O Dea, felices debent cui gaudia Cives,
O Dea, Ruricolæ Cereris cui munera debent,
Adsis o bona, felixque adsis jam omnibus æqua!
Hic aderas, Regina, Deam Te læta colebat
Parthenope, & læti observabant undique colles.
Hinc abes, absentem lauri, cunctæque myricæ,
Cuncta vocant Te arbusta: vocant Te robora montis,
Et Nymphæ, Geniique loci, quo sæpe solebas

Incessu ridens hilares ostendere vultus.
Ipsi Te recolunt etiam Crateris alumni;
Et Nymphæ Dryades habitantes ora Vesevi;
Qui Te mugitu timuit terrere minaci.
Si Te nunc auro dives delectat Iberus,
Teque juvat latis ingens Hispania campis,
Et juvat Oceanus, circum tua Regna relabens
Sebethi tenues nostri ne despice lymphas;
Et veteris, Regina, tui memor esto clientis.
Flumina dum placidis volventur ad æquora lymphis,
Dum folia ornabunt sylvas, & gramina campos,
Dumque polus fulgens fulgentia sidera pascet,
Curvus & æstivas resecabit messor aristas,
„ Semper nonos, nomemque tuum, laudesque manebunt „
Ut magnum Divæ Numen Junonis adorant,
Utque illi Dryades, minoraque Numina cedunt;
Sic Tibi Romuleæ cedunt jam Numina Rupis.
Julia casta Titi fuit ingens gloria Romæ,
Inclyta Tu nostri fulges, Tu gloria secli.
Julia Septimii, mater veneranda Senatus,
Tu populi, Tu magna Parens, Tu exemplar in Orbe;
Nam Nymphas inter lenis mortalibus almos
Pandisti mores, Tu nunc Regina sub alto
Culta Throno, mores facilis custodis eosdem;
Et magis his populos, sacra quam lege, gubernas.
Hinc prisci mores, hinc munera prisca redibunt,
Integritas, neglecta diu, jam prisca redibit.
Jam rediit Tecum veneranda Modestia Terris,
Et Terris rediit Tecum Verecundia nostris.

Felix, & longa MATER dignissima vita,
Et celebres inter cultissima FOEMINA matres!
Qualis io Superi! qualis pudor ora venustat,
Quanta tuos ornat Regalis gratia vultus!
Quot quercus frondes, & habet quot flumen arenas,
Tot TIBI Natales contingere rite precamur;
Tot siquidem Hesperiæ donantur munera Magnæ.
Incipe, chara dies, cursus nunc incipe lætos,
Affer & attonito lætissima lumina Mundo.
Alma dies, jam chara viris, jam chara puellis,
Omnibus & nobis ritu recolenda quotannis;
Quandoquidem a te nostra Dryas, nostra inclyta Pallas,
JULIA pulchra suos felices ordinat annos;
Et nobis vasto miseris hoc Orbe relictis
Tempora riserunt sacris felicia lauris;
Nam felix Soboles Augustæ Julia Gentis,
Quæ magnum duxit Trojano nomen Julo,
Protinus illexit nostras in imagine mentes.
Et merito; nam virtus tot quæsita per annos
Jam periit, TUA adest, & adest innixa COLUMNAE,
Quæ NOMEN MAGNUM totas diffundit in oras;
Quæque animum Divis, & famam exæquat Olympo.
Inclyta SPES Mundi, seclis o Livia nostris,
Quæ Solium Augusti castis virtutibus ornas.
O DECUS Ausoniæ, cui tantum ostendere vultum
TE Numen voluit, nunc SPES fidissima cunctæ
Hesperiæ, & SPES extremi nunc inclyta Mundi:
Sis felix, ut felices tot reddere Gentes
Jam possis, populosque regas, quot Phœbus inaurat.

Magno hodie, niveoque nites, Regina, paratu,
Sed forma, morumque magis splendore renides
Ut vaga Luna micat rubeis circumdata stellis,
Sic Tu, naturæ præclaris prædita donis,
Julia casta micas. Jam magni Numinis instar
Semper eris populis, semperque vocabere votis.
Tempus erit, quum Tu magna inter Numina adaucta,
Sideribusque olim, Cœloque recepta Superno,
Templa Tibi statuent, tribuent Tibi thuris honores.
Jamque diem, quo orta es, Festum jussere vocari
Unanimi jam voce pii de rure coloni;
Festum, quo gaudent segetes, quo collibus uva
Pendent in apricis nondum matura racemo
At fœcundus inest ramis, & vimine succus
Ergo age, Diva, meum jam nunc jam respice lætum
Augurium, tua quo virtus Te splendida ducit.
Chara Deûm Soboles, & doctæ dona Minervæ,
Adspice, ut ætherea nutet jam Phœbus ab arce,
Ut terræ, tractusque maris, cœlumque profundum
Lætentur, magnumque tuum jam Numen adorent,
Tempora quod seclis referet venientibus aurea.
O utinam! mihi longa dies, & vita maneret,
Spiritus, & quantum tantarum exordia laudum
Incipiam, toto ut possim Te ostendere Mundo.
Non me carminibus magnus superabit Amyntas,
Nec Pan, Arcadiæ custos, nec Thracius Orpheus;
Quamvis ille Linum certaret vincere cantu;
Atque hic docta suis animaret saxa Camœnis,
Eumenidumque suo molliret carmine mentes.

Ingradere, o! sacros aditus, Templumque columnis
Suffultum Pariis, flavoque micantibus auro,
Quod stat Magnorum sedes augusta Virorum,
Quodque Jovis jussu virtuti panditur almæ,
Ingredere, atque illic, quæ solvimus, excipe vota.
Diva potens frugum, tempestatesque serenans
Diva fave, & nostros mitis miserata colonos,
Fac lætas segetes, fac lætos ubere campos.
Hinc grati, memoresque tui jam muneris omnes
Teque, Titumque tuum semper super astra feremus.

TRADUZIONE.

Ella è così grande la brama, che l'autore ha di fare al Mondo intero conoscere, ed ammirare le Virtù d'una REGINA*, che reca onore al Trono, e splendore all'Impero, che ben vorrebbe cantarle in tutte le lingue delle Nazioni più colte, e più distese dell' Europa. Ma non avendo egli talento, e abilità così vasta, qual si richiederebbe per soddisfare al suo ferventissimo desiderio, osò nondimeno cantarle nelle due lingue, che per la loro delicatezza, ed armonia, possono in gran parte appagare la sua passione. Poichè dovunque non è ancor spento l'Onore, e la Maestà Latina, dovunque sono ancor conosciute le Lettere, ed il Nome Romano, ed è ancor in vita il gusto, ed il genio delle Belle Arti, della Poesia, e della Musica, si dilaterà certo la fama delle Virtù, e la gloria dell'* AUGUSTISSIMA*, ed* ORNATISSIMA REGINA*, che noi abbiam premura di lodare con la doppia lingua d'una Musa, quanto umile ed oscura, altrettanto però divota, ed amante del di* LEI IMMORTAL NOME*, e della di* LEI AUGUSTISSIMA*, ed* ESEMPLARISSIMA PERSONA.

EGLOGA

IN ONORE

DELLA SACRA REAL MAESTÀ

DI MARIA GIULIA BONAPARTE

SERENISSIMA, E POTENTISSIMA

REGINA CATTOLICA

DELLE SPAGNE E DELLE INDIE

PIA FELICE AUGUSTA

OTTIMA INCLITA ED ORNATISSIMA

SOVRANA

ROMA

Nella Stamperia di Luigi Perego Salvioni

L'ANNO MDCCCIX NEL MESE DI MAGGIO

ALLA SACRA REAL MAESTÀ

DI MARIA GIULIA BONAPARTE

SERENISSIMA E POTENTISSIMA

REGINA CATTOLICA

DELLE SPAGNE, E DELLE INDIE

PIA, FELICE, AUGUSTA

NICOLA CORONA DELLA REGIA CITTÀ DI SORA

GIURECONSULTO

FELICITÀ.

Non v'è, Augustissima, ed ornatissima Regina, giorno a noi mortali più caro, e più degno di essere e con voti, e con sacrificj

celebrato, quanto il giorno della nascita de' Grandi e Cospicui Principi, e delle Grandi e Cospicue Eroine, dal quale sogliamo non solo presagirci buoni augurj ed avvenimenti fortunati, ma possiamo eziandio sperare una prosperità di tempi più felici, ed una più amena prospettiva di secolo beato. E nel vero, fu questo commendabil costume usato fin dagli eroici, e antichi tempi di Atene, e di Roma, che nel dì, in cui uomini, e donne di veneranda autorità, e d'impero nati fossero, si offerissero agli Dei voti solenni, si decretassero preci pubbliche, feste pubbliche si celebrassero, e si rappresentassero pubblici spettacoli per implorar loro lunghissima e felicissima Vita, e lunghissimo e felicissimo Regno.

E' indi noto a tutti coloro, i quali studiano gli antichi usi e costumanze, che la cura di ordinar queste Pompe e Solennità Natalizie, come ancor di onorare il Nome di Uomini, e di Donne Illustri, appartenesse ai Principali del Popolo, al Senato, al Magistrato, o ai Rappresentanti delle Repubbliche; e che i Voti, e i Carmi che i Voti Pubblici esprimevano, si lasciassero al genio, ed all'arbitrio de' poeti amatori, e ad essoloro affezionati. Quindi è, che consacrato io già da gran tempo alla Vostra fama, ed al Vostro rispettabilissimo Nome, ardisco, o AUGUSTISSIMA, e RELIGIOSISSIMA REGINA da privato dedicarvi questo Carme e questi Voti, cui acconsentiscono ancora i Popoli, affine di celebrare il felice dì della VOSTRA NASCITA, e di

augurarvi nel tempo stesso Vita e Salute ; e non tanto perchè dassi un pubblico attestato della mia riverenza verso la SACRA REAL MAESTA VOSTRA, quanto perchè vieppiù risplendessero quelle antiche virtù, e soprattutto quella Beneficenza, e quelle cortesissime maniere, che altre volte ammirai, che tanto avete a cuore e in osservanza, e che con Voi portaste con ingenua maestà e grazia al Soglio. Chi lodar mai potrà abbastanza quella sì chiara, e specchiata Pietà, quell' invitta Fortezza, e quel ferventissimo amore verso la Religion vera de' vostri Maggiori ? Non istarò quì a ragionare di quell'ammirabil Vostra inclinazione allo studio delle Belle Arti, che moltissimo amate, che egregiamente conoscete, e che costantemente ancor protegge-

te. Egli è già lungo tempo, che ogni ordine, ed ogni classe di cittadini, anzi l'Europa tutta vi ammira come il più nobile, e il più perfetto modello, ed esemplare delle Regine, e delle Auguste Madri di famiglia, non meno che come il lume, e lo splendor più grande delle Eroine, e delle Donne Illustri. Imperciocchè talmente nella Maestà Vostra risplendono i candidissimi, e cristianissimi costumi, e sì profondamente adornano la vostra Augusta persona, che sembra, che Voi abbiate in questa parte vinta e superata la Verecondia, e la Modestia stessa. A quest'oggetto tutti con voce e consenso unanime sostengono esser Voi la sola Donna invitta, e il solo esempio, da cui fu quasi vinta e superata la condizione, e la natura della stes-

sa Verecondia, e della Modestia stessa. In quanto poi a me, non posso, attesa l'antica vostra Beneficenza, ignorare, che la vostra illustre Casa fosse sempre il Tempio augusto della santità, e del pudore, il refugio de'Buoni, il presidio degl' Innocenti, l'ara de' Poveri, ed il porto sicuro ed aperto a coloro, i quali erano dall' avversa fortuna in tempi malagevoli oppressi, e fosse nel tempo stesso un vasto, e nobile Albergo delle grazie ingenue, e delle venustà, e leggiadrie più eleganti. Il perchè io ho creduto, che a me, benchè lodator debole, e men degno della Maesta Vostra, si dovesse la gloria di preconizzar quelle sì grandi, e sì auguste vostre virtù, che ho spesse volte ammirate, e rispettosamente venerate. E quantunque sien' esse ben note a

tutti coloro, che hanno l'alto onore d'avvicinarsi alla VOSTRA AUGUSTA PERSONA, e quantunque poste sopra il sublime e Real Trono delle Spagne, e delle Indie si rendon da per se luminose, e servono d'esempio e d'imitazione a tutti i sudditi ammiratori, ardisco ciononostante commendarle con quest' umil carme, affinchè esse risplendano eziandio a quelle Nazioni, in cui parlasi il Latino, e il Toscano idioma, e si estendano sino alle remote e ultime parti del Mondo, ove in pregio sono le Arti Romane, e non è per anco spento l'antico onor del Lazio. Perlaqualcosa, io VI prego il meglio che so, e che posso, o CLEMENTISSIMA, e UMANISSIMA REGINA, di accogliere con quella Benignità, e Indulgenza, con cui siete usata, questi voti ingenui, che io VI de-

dico per solennizzare il felicissimo e avventuratissimo dì della Vostra Nascita, consacrato a Santa Giulia, vostra Celeste Protettrice, e per dare per quanto valessero le mie forze, una celebrità più grande alla fama, ed alla gloria della Sacra Real Maesta Vostra.

Vivete felice, o Felicissima, e Pietosissima Regina, e vivete lunghissimi anni di Vita a gloria della Maesta Vostra, de' vostri Augusti Parenti, e dell' Impero.

EGLOGA

Con più sublime stile
Più nobil canto, o Siciliane Muse,
Oggi tempriam sulla dorata cetra.
La viola gentile,
Che dolce i cuor penètra,
Cara a tutti non è sul prato umile;
Nè curva navicella,
Avvezza il lido a costeggiar soletta,
D'ognuno il guardo alletta.
Ma di cipressi alteri
Piace de' campi in grembo
La schiera avvezza a contrastar col nembo;
E dell'immenso mare
Le vaste onde solcare
Su vaste navi è talor grato. A noi
Ecco riede l'età, che in su i volumi
Della Cumèa Sibilla aurea risplende.
A visitar discende

Astrea di nuovo il Mondo.
Sì, che nel dì giocondo
Del tuo Natal, Reina, in cui le Stelle
Del serenato Cielo
Vider Te lieta aprir gli occhi lucenti,
L'età di ferro, ahi! troppo
Dimorata fra noi, sparve; ed al regno
Della crudel successe
L'aureo fulgor, che tutto il Mondo bea.
Già i Mesi illustri e grandi
Il corso incominciar;
Nuovo già sorge
Ordin di cose. La Pietà soave
Tornar' i' veggio, e i secoli ridenti
Di Saturno con lei. Sulle tue Terre,
Colla Germana lor la schietta Fede,
Delle Grazie il drappello ecco già riede.

Sicuro a se d'intorno
Mira la Terra il tutto,
Che del passato lutto
Spogliando alfin si va.
Più lieto il Dio del giorno
Dalla brillante sede
Su ciascun Regno vede
Posar tranquillità.

O felice quel Dì, propizio a tutti
I Cittadin, quel Dì, che a Te di vita
Porse l'aura gradita,
E doti egregie,

E maturo ti diè senno nell'alma;
E di santi costumi,
Dono de' Sommi Numi,
Ti rese adorna; ah! Tu con essi al pari
Delle Greche, e Latine
Ammirande Eroine
Ten vai. Fausto, e felice
Sii pure, o Giorno, in cui virtù sì chiara
Rifulse al Mondo; e Pallade contenta
Di ritrovarsi a nuova età beata,
D'un riso balenò, mentre di Giove
All'impero, vivace
Ritornò in Terra ad albergar la Pace.
Allor fu, che promessa
Venne dal Ciel benigno
La Stirpe tua, che del tranquillo Mondo
Il fren regolerà. Sotto la tua
Fida scorta amorosa,
O Regina pietosa,
Se ancor vestigio resta
Di nostra frode, la crudel tempesta
Già si dilegua, e il nostro suol già sgombra
Dal perpetuo timor: Le Genti in seno
Di molle ozio sereno
Posan sicure: Di nettareo latte
Ricolmi i fiumi scorreran; dall'alte
Frondose querce distillar vedrassi
Il ruggiadoso mel: Senza lo sprone
D'acuto rastro ogni alimento all'uomo

La Terra porgerà; soavi pomi,
E fragole odorose ad ogni passo
Raccoglierem; sotto il dorato peso
De' grappoli pendenti
Dalla turgida vite
S'incurveran l'apriche siepi; e intorno
Gli orti da cento rivi
Di pure acque inaffiati, i grati odori
Diffonderan dei vario-pinti fiori.

Fra un'eterna Primavera
Tiepidetti
Zeffiretti
Moveran l'ala leggera
Con soave amenità;
Nutriran col dolce fiato
Nati insieme
Senza seme
Sulle piante i frutti, e il prato
Tal la messe produrrà.

O Progenie felice,
Dai Numi a noi donata,
Vivi per lunga età, vivi beata;
Affinchè possa a bella pace in seno
Propagar gloriosa
La Prole avventurosa!
Concordi a Te le Parche
Aurei stami a filar prestin la mano;
Sian de' Fati al sovrano
Cenno per Te clementi;

Chè sotto ai tuoi ridenti
Giorni felici, che in propizia stella
Il corso incominciar, commisti insieme
Staran soavemente
Coi Cittadin le Sante Alme del Cielo;
E dai Numi la Terra
Abitata di nuovo
Per Te comparirà.
Cessan le stragi,
E le sciagure omai; lo stesso Giove
Contro la Plebe irato
Più non si mostra; nè le nostre torri
Fulminando più scuote. Il vasto Olimpo
Ve', ch'ei spalanca, e le Nazioni tutte
Lieto v'accoglie. Ecco la Fè tranquilla
Trascorre la Città senza il servile
Assicurar del testimonio umile.
Ecco pur venerata
Temi apparisce, e siede inviolata
Senza l'austero Giudice. Pe' i campi
Ricca passeggia l'abbondanza, e versa
Dal corno rigoglioso
Il tesor portentoso; e i Cittadini
Del giusto viveranno entro i confini.

Sgombro da liti il Foro
Sospeso tacerà,
E vuoto chiuderà
Le dure porte.

A ognuno il suo tesoro
Gode indistinto aprir
La Terra, e a tutti offrir
La stessa sorte.

O DECORO! o PIETATE! o GIULIA, o somma
GLORIA del secol nostro! all'opre eccelse
Cominciate da TE, soccorso porgi,
Clementissima sorgi;
Ai caldi voti,
Onde noi T'invochiam l'orecchio avvezza.
Favorevol TI piega,
O REGINA, e dall'alto
Soglio, ove siedi, un guardo
A noi volgi non tardo;
A noi che fidi
TE sola adorerem, giusta il costume
De' Padri nostri, or che per TE di pingue
Messe il campo biondeggia, e per gli aprici
Colli di Bacco il frutto
Ricco matura. TU benigno e amico
ASTRO al nocchier, NUME allo stuol gemente
Degl' infelici; TU DECORO, e vaga
IRIDE, e TU ORNAMENTO alto, che aggiunse
A pregj suoi la Nazione Ispana.
O di nuovo, ed appien felice Ibero
Suol per il tuo beato
Destin; tu rinovato
Una SOVRANA accogli,
DONNA REAL, che con i suoi costumi

Nobilitando il Cittadin, conduce
I secoli dell'oro. Oh! avventurata
Stirpe, nata a regnar, nata ad augurj
Lieti, ed a lieto fato, in Te le ciglia
Fissando in mezzo allo splendor del Trono
Te imiterem; de' tuoi costumi sempre,
Del tuo esempio seguaci
Noi renderem con libertà maggiore
Senza leggi alla Fede, e al giusto onore.
Sì, cangiati in Eroi
Fian tutti i Cittadin; l'eroiche gesta
A gara seguiran, l'uno dell'altro
Già reso ammirator. Dovunque splenda
Il tuo volto, o Regina, i molli prati
Brillano innamorati
Qual Primavera, che gentil sorride;
Più luminosi Febo
I suoi raggi diffonde; al Sole intorno
Scorre più ameno il giorno;
E va più ameno
L'anno il corso a portar; stende la calma
Su i tumulti del mare
Del Pelago il Rettor, Teti più lieta
Per l'Ocèan tranquillo
Su i Delfini trascorre;
Nè teme al vento sciorre
Del naviglio le vele
Il nocchier, benchè vegga il mar crudele.

Non vi saran più affanni,
Non vi sarà timor;
D'indegne guerre i danni
Più non faran terror.
Cadrà la frode astuta,
I serpi periranno;
Più della rea cicuta
Le piante non verranno
Su i prati a germogliar;
Ma gli odorosi balsami
Su i campi nostri uniti
Si vederanno nascere,
Diffonderan graditi
L'amabile olezzar.
Non più colui, che sulle verdi erbette
Per farne preda inchinerà la mano,
Dal pallido aconìto
Ingannato sarà.
Non più al sicuro
Ovile il lupo insidierà, ma intorno
Mansueto agli agnelli
Passeggerà. Tranquillo il Contadino
In sen dei colli aprici
Passa i suoi dì felici,
Lieto agli olmi mariti
Allacciando le viti;
E quindi pago alla capanna amica
Dalla rural fatica
D'Espero all'apparir torna, insegnando

Delle campagne all'eco
Il TUO NOME a ridir più volte seco:
Non cessa sciogliere
A TE, che sei
Piacer degli uomini,
E degli Dei,
Voti, che partono
Casti dal cor.
TE nelle fauste
Mense invocando,
TE DEA propizia
Va desiando
Con grati e fervidi
Sensi d'amor.
O DEA, cui deve il Cittadin felice
Le sue delizie! O DEA, che appresti i doni
Di Cerere ai Coloni,
Deh! TU con sorte eguale
Sii propizia a ciascun! Quando presente
Eri, o Regina, qual bramata Diva
T'adorava Partenope contenta;
Ed esultanti intorno
Ripetevano i colli il TUO BEL NOME.
Or di quà sei lontana, e i verdi allori,
E i tamarisci, e gli arboscelli tutti,
E le querce del Monte in su le cime
TE chiamano da lungi, e TE con essi
Chiaman le Ninfe, e i bei Genj del loco,
Ove spesso solevi il volto allegro

Passeggiando ridente
Svelare amabilmente.
Te richiamano ancor gli Abitatori
Del gran Cratère, e l'alme Driadi Ninfe,
Che del Vesevo in su le piagge stanno,
Del Vesevo, che orrore
Ebbe di spaventarti
Col minaccioso suol feral muglto.
Ma se l'Ispano lito
Ricco d'arene d'oro or ti diletta,
Se l'Iberia t'alletta
Co' vasti regni sui, se l'Oceàno
Che fra le tue Provincie i flutti spande;
Ah! del Sebeto nostro
Non disprezzar, Regina,
La pover' onda, che a Te pur s'inchina.

Nel tuo Sebeto,
Che l'onde chiare
Per Te più lieto
Rivolgè al mare,
Deh! fissa tenera
Qualche pensier!

Alla tua mente
Con Genio amico
Rendi presente
Del Servo antico
Gli affetti, e l'umile
Fido voler.

Sì, finchè i fiumi di Nettuno in seno

Verseran l'onde placide, e di foglie
Si vestiran le selve, e gli orti ameni
S' orneranno di fiori;
Finchè il Ciel coi splendori
Render vorrà più belle
Le risplendenti stelle,
E il curvo mietitor l'estive spiche
Reciderà; sempre il TUO ONORE, e sempre
Il NOME TUO, le LODI TUE fra noi
Fermi staran. Come le Dive in Cielo
La Sovrana Giunone
Adorano, ed a lei
Le Amadriadi con gli altri
Minori Numi cedono; in tal guisa
Cedono a TE della Romulea Rocca
Le Deità. Gloria di Roma altera
Fù la casta di Tito
Giulia; ma TU del nostro
Secol rifulgi inclita gloria. Giulia;
Dell'Augusto Settimio illustre Sposa,
Fù del Senato venerabil Madre;
Ma TU Madre sublime
Del Popol sei; TU grande esempio al Mondo,
Che i celesti costumi
Disvelati ai mortal, mentre vivevi
Fra le Ninfe, conservi
Senza cangiarli mai sul Trono assisa,
E più con questi, che con altro sacro,
Fren della legge i Popoli governi.

Quindi i costumi antichi,
E le antiche virtù ritorneranno.
Già vien dall'etra a noi
L'integrità più schietta
Da gran tempo negletta;
Già ritorna con Te sul nostro Regno,
L'onorabil Modestia, e la smarrita
Verecondia. Oh! di vita
Per lunghi anni durevole, ben degna
Felice Madre! Oh Donna
Fra le celebri Madri,
La più colta di tutte! Oh! Dei qual raggio
Di pudico splendor t'abbella il viso!
Qual fra il gentil sorriso
De' labbri tuoi risiede
Alma grazia Reale,
Che mai non ebbe, e non avrà l'eguale.

Quante la selva antica
Sull'alte querce accoglie
Foglie = per suo costume,
E quante arene il fiume,
Va ravvolgendo in se;
Tanti la sorte amica
Del tuo Natale i giorni
Piacevole ritorni
A numerar per Te.

A' voti nostri il Cielo
Arriderà; che di tua vita il corso
Nuovo e perenne aggiunge

All' Esperia tesor. Lieto incomincia
O caro giorno a scorrere, ed arreca
All'attonito Mondo
Vivacissima luce. O tu giocondo
Almo giorno, che sei
Alle Donzelle, e agli uomini gradito,
Tu con solenne rito
In ogni anno da tutti
Venerato sarai; poichè la serie
Degli anni suoi felici
La NOSTRA INCLITA DEA, LA BELLA GIULIA
Saggia al par di Minerva
Incomincia da te; poichè su questo
Vasto Mondo più ameni
Tempi per sacri trionfali allori
Memorabili, a noi riser, che fummo
Fra le sventure abbandonati. Il Genio
Della Stirpe di Giulia avventurata
Dell'Augusta Famiglia,
E che il gran Nome piglia
Dal figliuolo d'Enea Giulo il Trojano,
Al nostro immaginar, le nostre menti
Lusingando, apparì. Ben'a ragione
Ei tal comparve, chè l'antico lume
D'una virtù per tanti anni cercata
Alfin s'estinse; or la TUA sola è quella,
Che amabilmente bella
A' nostri dì fiorisce, e che sostegno
D'una COLONNA fassi,

Che il GRAN NOME diffonde
Alle remote sponde,
E che l'animo grande ai Numi adegua,
E la Fama all'Olimpo. O TU preclara
Speme del Mondo, o chiara
Livia de' tempi nostri; o TU, che il Trono
Del nostro Augusto adorni
Colle caste virtù; caro ORNAMENTO
Dell'Italia, e DECORO; a cui soltanto
L'almo volto mostrar permise il grande
Nume, e volgerti poi fida TI volle
Speranza al Suolo Ispano,
Ed all'altro diviso Orbe lontano.

Vivi felice appieno,
Onde felici sieno
Tante Nazioni e tante,
Quante = ne irradia il Sol.
D'alto splendor fregiata
Oggi brillando vai;
Ma tua virtù pregiata
Più in TE rifulse assai,
Più in TE riluce nitido
Di tue virtù lo stuol.

Come la vaga Luna
Da rubiconde stelle
Circondata assai più sfolgora in Cielo;
Così TU fra tuoi santi
Costumi, e in mezzo a tanti
Doni, di cui Natura

Liberal T'adornò, risplendi, o casta
GIULIA, cui sempre i Popoli devoti
Invocheran coi voti
Come un Nume Sovran. Ben verrà tempo
Quando TU fra i sublimi
Numi sedendo, e fra le stelle, e l'alto
Olimpo accolta, a TE Delubri, ed Are
Inalzeranno, e T'offriran d'incenso
Il venerato onor. Già i religiosi
Agricoltor d'unanime volere
Il tuo giorno Natal voller festivo
Stabilir, giorno al cui tornar la messe
Già biondeggia sul campo, e al colle aprico
Pregna si rende del fecondo umore
L'uva non tinta ancor del bel colore.
Or TU benigna, o DEA,
Il lieto augurio, ch'io TI porgo accogli,
Augurio al qual TI guida
La tua virtù. Cara de' Sommi Dei
PROGENIE, amabil DONO
Della dotta Minerva,
Febo dall'alto osserva
Come T'applaude, e come
La Terra, il vasto Mare, il Ciel profondo
Si rallegrin con TE; come adorando
Vadano il tuo gran Nume;
Che ai secoli futuri
Riporta alfin la bella età dell'oro:
Oh! piacesse al Ciel pur, che lungo tratto

Di vita avessi, e santo spirto, ond'io
Delle tue lodi solo
Con l'esordio fecondo
Additar Ti potessi a tutto il Mondo.
Non me nel canto superar potrebbe
Il grande Aminta, nè il Dio Pan custode
Dell'Arcadia, nè Orfèo di Tracia onore,
Bench'egli vincitore
Esser di Lino un dì tentasse, e questi
Colla dotta sua Musa i duri sassi
Animati rendesse, e l'aspre menti
Delle spietate Eumenidi addolcisse.
Entro de' sacri penetrali augusti
Del Tempio rilucente
Per le vaste colonne
Di Pario marmo, e per le masse d'oro,
Guida, o Regina, il piede;
Quì tu vedrai la Sede
De' Sommi Eroi, che del Tonante eterno
Per comando alla sola
Alma Virtute è aperto.
Entra, o Regina, ed ivi
Quei che sciogliamo a Te, voti ricevi.
O Dea, Signora delle biade, o Dea
Che rassereni le tempeste, a noi
Deh! sii propizia, e con pietà mirando
I nostri agricoltori,
Rendi ai campi ubertosi i bei tesori.

Rammentando i doni tuoi
Sarem grati al tuo bel core:
Pegni fervidi d'amore
Ti verremo a tributar:
Risuonar farem tra noi
Al tuo nome il nome unito
Del Tuo Tito;
E i vostri vanti
Tornerem coi lieti canti
Su le stelle ad inalzar.